

1511 febbraio 17, Verola Alghise.

Il medico Comino Sacchetti e altri sindici della scuola di San Nicola da Tolentino di Verola Alghise, erede universale del prete don Zaccaria *de Baizonibus*, versano a Iacobino della Albertina otto ducati d'oro secondo il legato disposto dal testatore.

Brescia - Archivio di Stato: Notarile Brescia, filza 353, notaio Tonino Grena.

Ediz.: inedito.

(*trascr.:* T.C., 08.2008)

¹ *Liberatio sindicorum scole et congregationis sancti Nicolai de Tolentino a Iacobino quondam petri de la albertina*

IN xpisti nomine amen anno a-natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo vndecimo Indictione quartadecima die decimoseptimo mensis februarij In domo habitationis Infrascripti domini Magistri Comini Iuribus Illustris domini Comitibus Nicolai de gambara sita² in terra Virolealgisij districtus brixie in contrata platee presentibus Magistro Bartholomeo de spallentijs Matheo de ritijs dicto bornino et Magistro simone filio Magistri Tonini de spallentijs omnibus habitatoribus dicte terre Virolealgisij testibus rogatis notis et ad hec specialiter conuocatis. Asserentibus etc –

Cum sit quod quondam dominus presbiter Zacharias de bayzonibus Iure legati reliquerit Iacobino filio-quondam petri de la Albertina eius nepoti ducatos octo auri prout constat In eius testamento rogato per me notarium Infrascriptum³ die et anno in eo contentis ad quod relatio habeatur. Idcirco dominus Magister Cominus de sachettis artium et medicine doctor Magister thoninus de belexijs et Magister Iohannes bosch<e>ttus sindici et procuratores scole et congregationis sancti Nicolai de Tolentino ad⁴ manus quorum peruenerunt bona d[icti] quondam domini presbiteri Zacharie tamquam massarij dicte scole et congregationis quam scolam et congregationem Ipse dominus presbiter Zacharias Instituit sibi heredem vniuersalem etc prout constat in eius testamento rogato ut supra⁵ prius premissa protestatione quod non Intendunt derogare Iura dicte scole et congregationis quia adhuc non se nomine dicte scole fecerunt neque Intendunt nec volunt se facere dicto nomine heredes dicti quondam domini presbiteri Zacharie nisi cum beneficio legis et Inuentarij volentes tamen satisfacere dicto Iacobino ibi presenti petenti et Instanti actualiter In presentia mei notarij et testium suprascriptorum dederunt soluerunt et mumerauerunt suprascripto Iacobino presenti et recipienti dictos ducatos octo auri in moneta auri et argenti Quos ducatos octo auri dictus Iacobinus In presentia ad Instantiam et requisitionem dictorum sindicorum agentium ut supra dixit et sponte confessus fuit se habuisse et recepisse a dictis sindicis ut supra Renuntiando etc Quapropter dictus Iacobinus agens pro se suisque heredibus et successoribus omni meliori modo etc liberauit et absoluit ac liberat et absoluit dictos syndicos stipulantes et recipientes nomine et vice⁶ dicte scole et congregationis et per eos dictam scolam et congregationem a dictis ducatis octo auri et ab omni et toto eo quod Ipse petere posset dictis sindicis agentibus ut supra vigore dicti testamenti et legati promitendo etc obligando etc Constituendo etc Et renuntiando etc

de quibus omnibus et singulis rogatus sum ego Toninus de grena notarius publicum conficere Instrumentum ad laudem viri sapientis /

¹ Cancellato «Solutio».

² Corretto da «pr».

³ Segue «ad quod», cancellato.

⁴ Segue «quos perue», cancellato.

⁵ Segue «prus», cancellato.

⁶ Cancellato un tratto superiore di abbreviazione.